tota vita sua a pri̅cipio natiuitatis sue ptz
Et nos ip̄m p easdem vias sequi debemus
si ad originalem puritatē nature nostre re
dire velimus. Ad quod hortatur nos dn̄s
Tre. iij. Recordare paupertatis mee quātū
ad primū et transgressionis mee. i. pfundis
sime hūilitatis mee/qua omnem gradū hu
militatis transgressus sum. quātū ad scdm
Et absinthij et fellis quātū ad terciū. Et se
quitur in psona iusti/ Memoria memor ero
et tabescet in me aı̄a mea. Memorando
em̄ et sequēdo in effectu xp̄i vestigia. in p
dictis tabescit et deficit anima mea. quātū
ad vitam nature corrupte et renouatur q̄
tum ad vitam originalis iusticie/quod fit
p sequelam xp̄i in p̄dictis tribus. Nam ita
p ista tria reducimur ad conformitatē ori=
ginalis rectitudinis nature hūane. sicut p
prima tria reducebamur ad conformitatē
nature diuine. Ad hoc em̄ deus factus est
homo/vt homines deos faceret quātū ad
primum pcessum /vt naturā corruptā recu
paret/quācum ad secundū pcessum. In
illo quidem statu innocentie erant tria bo
na. Nam ibi erat relegatio pprietatis/to
talis subiectio sensualitatis/et possessio i
passibilitatis. Primum patet/qz ibi erant
omnia omunia/et adhuc iure diuino et na
turali sic esse deberet/quia vt dicit/Aug9
sup. iob. iure diuino domini ē terra τ ple
nitudo eius Paupes τ diuites dn̄s d vno
limo fecit/et paupes et diuites vna terra
subptat/iure ergo humano dicitur Hec vil
la mea est. Hec domus mea/hic seru9 me9
est/ Iura autem humana impatorū sunt
Tolle ius impatoris τ qui audz dicere Hec
villa mea est. Hec aug9. Sicut igitur iure
nature omnia sunt omunia omb9 ita q nō
solum hoc incipit in illis de quibus legitur
Multitudinis credentiū erat cor vnum τc.
Sed et hoc fuit institutū legi nature in p
adiso. Unde quidā eciam philosophi ipi
nature corrupte hoc senserūt/ Unde apud
platonē illa ciuitas mitissime ordinata tra
ditur in qua quisqz nescit effectus pprios vt
hec habentur. viij. d. in cret. ¶ Secundum
patet ibi erat pfecta hūilitas vbi sensuali
tas perfecte subiciebatur rationi/τ om̄es
creature homini/et homo deo. ¶ Terciū
patet/Fuit em̄ homo ibi imortalis τ im=
passibilis. quia poterat non mori τ nō pa
ti penalitates. s. sitim esuriem frig9 estū la
borem infirmitatem mortem. τc̄ Et quo=
niam homo recedens a deo p inobediētiā
hec tria bona pdiderat/Deus venit ad ho
minem assumēs hominē vt homo eū sequē
do pdita recuparet/Quod fit p supradctā
tria. Nam p paupertatem voluntariā hō
accedat ad primū. quod est religatio pprie
tatis/ Per hūilitatem accedit ad secūdum
quod est subiectio sensualitatis p quanto
p humilitatē ita homo quasi in nihilū re=
digat seipsum vt se totum scdm om̄s vires
substernat deo. Per tollerātiam passionū
accedit ad tercium. s. ad impassibilitatem
Nam tales mentes ex ardore diuini amo
ris quasi non sentiūt passiones eis illatas
ac per hoc quasi reddūt² impassibiles pmo
pati est eis cōsolatio et gaudiū. Act. ibāt
apostoli gaudentes a conspectu τc.

clxix ¶ Sermo tercius

[S]equere me Math. ix. Verbū
istud duplicit exponi potest
Uno modo naturaliter Alio
modo moraliter ¶ A ¶ Pri=
mo modo exponendo sciēdū
q deus omnem creaturā cre
ando ipse dicit et indicit. consulit τ p̄cipit
hoc ip̄o q creat sequi et ordinari reflecti τ
recurrere in deum tamq̄ in primā causam
totius sui esse secundū illud Eccl. i. Ad locū
vnde exiunt flumina reuertunt². Hinc ē q
creatura ip̄m deum amat naturaliter plus
etiam q̄ seipsam. Hinc est q damnati vni=
uersaliter appetunt esse quod imediate ha
bent a deo et p consequēs deū sicut docet
Aug9 specialiter de libero arbitrio. lib°. iij.
Ad hunc aūt bonū omnia appetūt. i. ethic.
Deus autem est bonum omnis boni vt ait
Aug9 libro. viij. de tri. Preterea principiū
et finis idem bonum et finis idem. Sicut
igitur omne creatū sequit² τ insequit² fine
suum sic τ principiū suum. Secūdo modo
verbum p̄missum exponendo moraliter p
nostra instructione. In his verbis. Seqre
me duo tangunt² Primo indicitur sequēdi
actus cum dicitur Sequere. Secūdo tan=
gitur sequendi finis vel obiectum. cū addi²
Me ¶ B ¶ Circa primum sciendū q aliqui
deum secuntur vt sunt pfecti. Alij vero va
dunt iuxta deū lateraliter vt sunt impfecti
Quidam vero p̄currunt deū et hi sunt mali
Tales qui in actibus nūq̄ sibi pponūt non
curant nec cogitāt quid bonum vel malum
deo placitū vel non placitum Hoc em̄ totū
post tergum piciunt sicut vetula oua vel
poma corrupta sed solum cogitāt qualiter
honorem vel diuitias assequūtur Isti sūt
aduersarij dei sic ipse diabolus aduersari9
dei est. Unde dictum est petro Vade post
me sathanas. Math. xvj. Post me ait non
ante me. Sed alij qui vadunt a latere et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0324
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt